

di, est esse illius corruptendi; quæro in quo, vel cum quo ipsius temporis? Non cum tempore, quia tunc illud tempus non esset finitum propriis terminis; ergo cum instanti temporis; ergo non succedet immediate instanti temporis. Respondendo, esse immediate præcedens resurrectionem ipsam est esse in instanti ævi, quod quidem ævum potest coexistere temporis; sicut & nunc. Et cum quartis de coexistente sibi in tempore, ut immediate præcedit resurrectionem. Dico quod coexistens sibi est tempus; et non instantis; & ita illi, qui loquuntur de permanentibus; ut si habentur esse in tempore, debent dicere, quod nunquam ultimo habent esse, sed habent esse in toto tempore; & in ultimo illius habent *non esse*; quia generandum habet esse; tamen tempus illud finitum habet proprios terminos, quia instanti mensurans esse generandi, est terminus temporis mensurantis esse ipsius corruptendi. Et si dicas illud esse est quoddam finitum; ergo illud esse habet proprios terminos; non sequitur proprius, in quibus ipsum solvetur: nec correspondit sibi habere proprios terminos; qui ratione temporis mensurantis; & illius proprii termini sunt duo instantia, sive mensurent illud esse, sive aliud. Per hoc ad aliud, cum dicitur, quod permanens non habet esse in tempore, id est cum tempore; nisi quia in instanti; hæc fallit esse tenendo primam viam de mensurari ævo. Tenendo autem aliam; oportet dicere, quod cum toto tempore esse; ut illud est immediatum ad instanti, quod contrarium ad suum terminum; & hanc immediationem non habet; ut est in alio instanti; & tunc oportet negare istam; *permanens non habet esse in tempore, nisi quia in instanti*. Verum quidem est, quod potest esse in instanti; sed tamen potest habere esse in tempore, videlicet esse durativum; & secundum illud esse, & non illud instantaneum est immediatum ad esse instantaneum sequens. Sed prima responsio videtur facilius; & rationabilis; quia permanens, & si manent cum tempore, videtur habere esse in se, æque indivisibile.

DIST. XLIV.

CIRCA istam quadragesimam quartam distinctionem primo quæro unum.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum in quolibet homine resurget totum, quod fuit de veritate humana natura in eo?

Quod non, Genes. Tullius Deus unam de costis Adæ, & edificavit eam in mulierem; ergo vel Eva non resurget; quia non illud, quod fuit in ea de veritate humane nature est costia; vel Adæ non resurget cum toto eo; quod fuit in ipso de veritate nature; quia non eum costia. Præterea; idem non resurget in diversis; sed quod fuit de veritate nature in uno potest esse nutrimentum alteri; & per

consequens converti in veritatem nature alterius; & ita successive esse de veritate nature in duobus; ergo in altero non resurget quicquid in ipso fuit de veritate nature humane. Præterea ex eodem maiore fumendo sub ipsa istam innotent; illud, quod fuit semen in uno, per multas transmutationes potest fieri semen in alio, & per consequens in genito ab illo. Et genito ab ipso idem erit de veritate nature in utriusque. Præterea non oportet quod in quolibet resurget quicquid fuit de veritate nature humane in eo, nisi ut redeat simpliciter idem numero quod cecidit: sed pari ratione oportet idem dicere de finigulis membris vel partibus organicis, & tunc in qualibet parte oportet resurgere illud, quod fuit de veritate ejuslibet partis, quod est contra Augustin. in Ench. & ponitur in litera; *non ita reparabitur ut ad easdem corporis partes, ubi fuerint, redire necesse sit; alioquin si capillus redit, quem iam crebra tonsura detraxit &c.* Et subdit; *Quemadmodum si status metalli liqueverit, cum vellet artifex rursum ex materia reparare, nihil intercessit ad ejus integritatem, quæ partícula materia, cui membro status redderetur, dum rursus tota restituta resurgeret. Ita Deus mirabiliter de toto, quo caro nostra existerat, eam mirabili celeritate restituet; nec aliquid attrahit ad ejus integrationem, utram capilli ad capillos redeant; aut in partes alias revertentur; curantur artificii providentia; ne quid inde emat fiat. Oppositum vult Augustinus ibidem in Ench. quod caro resurabitur de toto, quo caro nostra existerat. Idem etiam dicit. 22. de Civitate Dei. cap. 15. & Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit.*

Circa istam questionem, ex quo homo componitur ex corpore & anima, & anima semper manet eadem, oportet videre de corpore organico, quo modo redit idem: quia vero corpus illud componitur ex multis partibus organicis, & ethereis, & distinctio partium requiritur propter multitudinem operationum, quarum anima est principium propter suam perfectionem oportet videre de identitate partium ethereogenearum. Et quia partes ille etheregenæ componuntur ex partibus homogeneis; oportet videre identitatem in homogeneis. Primo ergo qualiter pars homogenea; puta caro, in continua nutritione manet eadem & non eadem. Secundo quomodo redeat eadem, quæ fuit primo in corpore mortali. De modo nutritionis est una opinio, quæ dicit, quod nihil de nutrimento transit in veritate humane nature; sed tantum illud est de veritate humane nature, quod contrahitur a parentibus. Illud autem in se multiplicatur ut fiat augmentatio. Exemplum de multiplicatione panum educticorum: quod autem generatur ex nutrimento, quasi fontem adhæret calori naturali ne extinguatur, sicut oleum adhæret lychni; & ita requiritur nutrimentum, quamvis non convertatur in veritatem humane nature. Contra hoc primo, quia non minus perfecta est vegetativa in homine, quam in bruto; ergo non minus potest in hanc operationem vegetativæ; quæ est nutrire, eo modo, quod nutrire est convertere substantiam alimenti in substantiam alendi, quæ inest in bruto: et

go per vegetativam in homine potest fieri talis conversio. Et consistit. Ita enim generatur homo imperfecte quantitas, sicut bestia, & ita fit in eo deperditio continua partium sicut ibi: ergo ita oportet esse augmentationem, & restitutionem deperditis sic sicut ibi. Ibi autem est per hoc, quod terminus augmentationis est aliquid de esse ipsius substantia nutriendi, & augmentandi. Præterea, secundum istam viam non possemus ponere augmentationem possibilem in homine nisi per miraculum, sicut patet de illa multiplicatione panum: quare ergo magis deficeret natura illa, quam natura bovis; quo ad hoc, quod est acquirere quantitatem perfectam post imperfectam. Præterea secundum istam viam sequeretur quod in homine esset aliqua caro simpliciter incorruptibilis per totam vitam suam, vel si corrupteretur nunquam posset restaurari, quia non nisi per nutrimentum quod negatur. Utrumque est inconveniens. Primum, quia illa pars incorruptibilis esse alterius speciei a cæteris partibus carnis corruptibilibus. Secundum, quia semper minus esset in homine de veritate carnis humane. Præterea, partes carnis que generatur da nutrimento, sunt vere animate, etiam anima intellectiva: ergo sunt vere de substantia viventis tali vita. Antecedens licet videatur manifestum, tamen probari potest, quia quilibet est animatus anima sensitiva, quæsi quilibet potest exerceri aliqua operatio sensitiva, ut tactus; quilibet etiam est animata anima vegetativa, quia quilibet debita quantitas potest aliquam actionem vegetativam habere: sensitiva autem & vegetativa in homine eadem animam esse eum intellectivam ex 2. lib. dist. 1. q. 6. & distinct. 1. artic. 4. q. 1. Aliter dicitur, quod caro primo formata inducitur a parentibus, est de veritate humane nature: nutrimentum vero postea transit in istam, quod est de veritate: sed hoc modo, quia convertitur in præexistens non recipiendo novam formam, neque secundum totum, neque secundum partem, sed tantummodo per hoc, quod deficiente illi formam nutrimenti, succedit in illa materia forma carnis præexistens. Iud declaratur per exemplum, quia sic est de anima intellectiva, quod de novo perficit materiam, que fuit sub forma alimenti: nec tamen ipsa in se est nova secundum totum, nec secundum partem. Declaratur etiam per auctoritatem, quia 1. de Generatione, c. de augmento: *Cars secundum speciem augetur, non caro secundum materiam. & caro secundum speciem manet, caro autem secundum materiam fluit & refuit.* Sed si induceretur nova forma carnis in nutritione, & pari ratione defineret in deperditione pars forme carnis, que præfuit non solum materia carnis fluere, & resurget, sed etiam forma, quod videtur esse contra eum. Tertio per rationem, quia si in nutritione materia nutrimenti reciperet aliam formam carnis, que non præfuit: ergo cum aliqua carne præexistente non faceret unam, nisi quoddam conjugium, vel continuum cum illa: & tunc nutritio esset quoddam conjugium carnis novæ ad carnem præexistentem, quod negat Philosophus, ubi prius. Sequitur etiam, quod non quilibet pars nutriti esset nutritiva, vel etiam aucta: quia non illa pars, cui juxtaponitur caro nova.

Con-

Contra istam opinionem, forma, que nullo modo est extensa ex parte sui, nec aliter quam prius, perficit materiam alio & alio modo extensam, respicit eam indivisibiliter, hoc est quod ipsa non secundum partes perficit partes materie: forma autem carnis non respicit hoc modo materiam indivisibiliter, quia tunc esset simplex, sicut anima intellectiva, quod non conceditur; ergo cum materia alio modo extensa, quia multo maiore, quam ante perficitur; oportet quod illa sit aliter extensa. Et tunc cum partes ejus partes manant, oportet quod aliqua pars forme sit nova, alioquin non esset extensor suus, quam prius. Major probatur, quia forma que ut extensa per accidens respicit materiam extensam: ipsa alio modo extensa respicit materiam alio modo extensam; quia secundum Aristotelem in Prædicamentis, Quarta est superficies, tanta est albedo. Et apparet per rationem, quia pars ejus est in parte, & ita major in majori. Præterea, conceditur, quod post nutritionem plures sunt partes materie in toto, quam prius: aut ergo pars nova materie est in toto sine forma, quod est inconveniens: aut est ibi sub forma nova, & est propositum: aut sub forma præexistenti, & tunc vel illa desinet perficere partem materie: quam prius perficit; & tunc migrabit eadem pars formalis a parte materie ad aliam partem, quod est inconveniens: aut illa pars forme prior eadem perficit simul partem materie novam, & tunc sequitur, quod simul perficitur duo perfectibilia, quorum utrumque est sibi adæquatum.

Præterea, caro illa nata est fluere, quid non est incorruptibilis: sed non tantum fluere materia sed etiam forma: quia forma illa non potest manere eadem nisi maneat informans materiam quam prius, loquendo de eadem parte forme; quia dependet naturaliter a perfectibilibus, quod perficit: ergo oportet compositum fluere, & per consequens compositum redire per nutritionem. Quantum ergo ad istum articulum sic hæc prima conclusio, quod in nutritione est aliqua generatio, extendendo generationem ad omnem inductionem forme substantialis in materiam post privationem: quia sicut argumentum est, materia alimenti non manet sub forma alimenti, nec sub aliqua alia, quam sub forma nutriti: & illam recipit post nutritionem: ergo etc. Expositio istius conclusiois: non enim dicitur generatio simpliciter, quia non est generatio per se entis, prout illud dicitur per se, quod non est pars alioquin: sed potest dici aggeneratione, quia generatio alicujus; quod per generationem fit idem alicui præexistenti, cui aggeneratur: vel potest dici ingeneratio, quia generatio partis in toto, cuius non fuit pars. Secunda conclusio, quod in illa generatione tali quali, forma carnis, que inducitur in materiam nutrimenti, nova est: quia, ut est argumentum contra præcedentem opinionem, præexistens non potest de novo perficere illam materiam, quia non competit nisi forme omnino inextensa, sicut exemplificatur ibi de intellectiva; quilibet enim extensa per accidens habet partem aliam in alia & alia parte materie: & ita si nova materia perficitur, non perficitur per aliquam partem

Tom. II.

V n

quæ

quæ prius perfectæ aliam materiam. Declaratio istius est per fluxum partem genitæ in nutritione, quia quando illa fluit, sicut materia partem istius demittit esse aliquid totius carnis, ita & illa, quæ perficit illam materiam, demittit esse, quia non potest manere sine illa materia, nec migrare. Tertia conclusio, pars adveniens per nutritionem, est aliquo modo simili parti præexistenti, quæ inluit per generationem, & aliquo modo dissimilis. Similis in forma specifica non tantum intellectiva, sed corporalis, quæ præsupponitur. Dissimilis in hoc, quia quanto agens mere naturalis magis continuat actionem in contrarium: tanto magis debilitatur ejus virtus. Quod probatur, quia omne tale agens repetitur in agendo: & ita quia agit in contrarium, patitur ab ipso (quæ actionem vocat Philoſophus corruptivam) ergo caro primo habita est generatione. quanto magis agit in nutrimentum, ut contrarium, tanto magis debilitatur virtus ejus, & ex hoc dicitur impurius caro: ergo illa post aliquod tempus, in quo continue sic agit in contrarium est impurius, quam in principio: & per consequens cum genitum non possit esse perfectius generante; sequitur quod caro genita ab illa carne posteriori quanto posterior generatur tanto regulariter erit impurius, quia ab impurius genita. Ista conclusio confirmatur per exemplum Philoſophi *primo de Gener.* quanto vinum magis agit in aquam mixtam sibi, tanto est impurius, intrantum ut tandem propter impuritatem quasi totum fiat aqua. Hæc conclusio includit aliam, quod non tantum posterior genita est impurius priori; sed eadem manens in toto, posterior est impurius seipsa priori, & hæc est ratio impuritatis in carne posteriori genita. Hæc conclusio non asserit formam carnis non recipere magis & minus: si tamen illud poneretur, illa impuritas esset propter remissionem forme substantialis, potest tamen poni præcise propter imperfectionem qualitatum naturalium consequentium formam, quæ sunt principium alterandi nutrimentum, quod quanto imperfectius alteratur, tanto ex eo caro impurius generabitur. Quarta conclusio, de distributione carnis secundum speciem, & carnis secundum materiam apparet ex tertia, quia unaquæque pars carnis habet certam periodum in toto, & tanto majorem quanto purior; tanto minorem quanto impurius: tandum enim potest esse suam conservare in toto, quando potest per qualitates suas resistere corruptivis. Hæc autem periodus major est in parte prius genita, quam posterior, & in priori parte periodus est eadem partem, sicut est efficacia ad agendum, quam in posteriori. Et intelligenda est illa differentia cæteris partibus, hoc est, si pars carnis genita fuerit ex tali nutrimento, quod fuit narum converti in carnem æque puram, sicut ex quo genita est illa caro. Si quidem alteratio proportionata posita, ex uno alimento nata est caro purior generati, quam ex alio. Ex istis ad quartam conclusionem, forma dat esse & agere: ergo pars secundum formam potest dici quando habet esse secundum formam, vel quando habet agere secundum formam: & secundum inter primum, licet non e contra: ceteris enim

enim deficit alicui actio propter imperfectionem, quam esse: & sive sic, sive sic, pars secundum formam non est tantum pars forme: sed includit materiam, & formam. Primo autem modo querendum pars dum manet in toto, dicitur pars secundum formam, a principio, sicut periodi sui utque ad finem, quia scilicet tandem habet esse. Secundo modo non dicitur pro omni parte periodi pars secundum formam, sed pro illa, pro qua habet virtutem ita efficacem, quod potest sibi competere actio secundum formam. Non dico sibi tantummodo, ut concurrent ad actionem totius, nec sibi simpliciter separate a toto: sed sibi in toto virtus inest ad primam actionem, quam ut ibi est illis potest habere, licet non consideret præcise, ut concurrentes ad actionem totius, & illa efficacia virtus requirit determinatum virtutem intensivam, & extensivam: quia non quæcumque modica pars in toto potest illo modo habere actionem propriam; sed tantummodo concurrere ad actionem totius, ut dicit Philoſophus in *lib. de sensu*, de actione centesima milleſima partis nulli in sensum. Requiritur ergo aliqua determinata quantitas extensiva ad illam efficaciam agendi in toto. Requiritur etiam quantitas intensiva virtutis, quia (ut dictum est) post remissionem virtutum activarum, intrantum, ut omnis cedant contrariis, quam vincant, non potest illud agere propria actione; ergo hoc secundo modo pars secundum speciem est tanta quantitas naturalis, & tanta virtutis active, quod sibi potest competere propria actio non quidem ut supposito extra totum; sed sic propria, quod non tantum concurrat ad actionem totius. Primo modo parti secundum speciem non opponitur propriæ pars secundum materiam, nisi sicut homini vivo opponitur homo mortuus: & sic eadem pars dicitur pars secundum speciem, dum manet in toto, & pars secundum materiam, quando fluit, sicut idem dicitur primo homo vivens, & postea mortuus. Secundo modo alia est pars secundum speciem, alia secundum materiam etiam partibus manentibus in toto: quia aliqua modica pars, cui non potest competere propria actio, etiam si sit in principio sui periodi, est pars secundum materiam: pars autem quantitas sufficientis ad agendum est pars secundum speciem, & hoc si habet virtutem efficacem ad agendum, quæ requirit quantitatem virtutalem. Et per oppositum pars secundum materiam, quæ non habet talem efficaciam virtutis, quantumcumque quantitatem extensivam habet.

Per hoc ad fundamenta præcedentis opinionis. Exemplum de intellectu est ad impressionem, quia illa modo inextensibili, & inextensibili respectu materiam, & ideo nullam partem novam habet per hoc, quod perdit novam partem materiam, sed oppositum sequitur de illa forma extensibili in materia. Auctoritas Philoſophi, & de carne secundum speciem, & secundum materiam soluta est in quarta conclusione, quæ non intelligit, quod pars secundum materiam suam & refusa, id est materia tantum, & pars secundum formam maneat, id est, forma secundum se totam: sed tam pars secundum materiam quam pars secundum formam est pars integraliter totius, &

est vere compositum ex materia & forma; unde vocat eam secundum materiam; & eam secundum speciem compositum ex materia & forma; non autem materiam carnis, & speciem carnis; que autem pars composita ex materia & forma carnis sit caro secundum speciem, & que secundum materiam, dictum est in *quarta conclusio*: & quomodo caro secundum materiam fluit, patet secundum primum modum distinguendo carnem in carnem secundum speciem, & carnem secundum materiam: secundum autem secundum modum, pars secundum materiam fluit, id est in proxima dispositione ad fluendum, & hoc loquendo de parte secundum materiam propter defectum quantitatis virtutis. Loquendo autem de parte secundum materiam propter defectum quantitatis motus, non est intelligenda illa differentia de fluxu & non fluxu: id est illa pars secundum speciem augetur, pars secundum materiam non augetur; quia (ut sciam dicitur) minima, vel aliqua non notabiliter magna in toto non augetur: sed aliqua determinata quantitatis (quae sufficit ad partem) secundum speciem augetur. Pars ergo secundum speciem non fluit secundum primum intellectum, quia manet in toto: nec juxta secundum intellectum, quia habet virtutem conservandi se in toto: nec secundum tertium intellectum, quia habet quantitatem sufficientem, ut aliqua pars ad sui conservationem sibi aggeneretur, & per oppositum pars secundum materiam tripliciter intellecta, tripliciter fluit. Ad tertium dico quod & in nutritione, & in augmentatione est quaedam juxta positio, & tamen ipsi nutritio, vel auctio (& hoc five toti, five parti) non fit, tantum juxta positio: ubi intelligendum, pone aliquam partem tantae quantitatis, & virtutis, ut non tantum coagat toti: sed possit in toto existens habere propriam actionem, dicatur A, habet ista modica partes, est 100. quorum qualibet (quia forte requiruntur plures in uno quam in alio, utpote in planta sufficit una, in bruto duae, in homine tres, vel plures non curo,) habet aequalem virtutem intensivam, dicantur B, C, &c. Si nutrimentum fuerit per quotcumque sequestrationes, vel depurationes ad hoc deductum, ut jam fit sub forma proxima formae nutriendi, five hoc fuerit antiquam localiter mixturam ad partes nutriendas, five postquam visibilibus deservientibus tali missioni, cujusmodi sunt venae in corporibus animalium, & alia hujusmodi correspondentia in plantis: jam istud sub forma cambii, vel glutini velrosi approximatum parti nutriendae, & receptum in portis quibusdam dimissis ex fluxu quarundam partium secundum materiam, quae praefuerunt sibi, & nunc ex fluxu suo reliquuntur potus replentur aliquo humore sublimiori, & ita totum carens densitate in partibus requisita ad bene esse ejus, ubi existens, & convertitur in ipsum nutriendum, & sicut ante conversionem juxta ponebatur contiguae partibus nutriendi, ita post conversionem juxta ponitur continue aliquibus partibus manentibus. Esto ergo, A, est tanquam pars, cui conveniat nutritio, & augetur, in portis intra ipsum A, recipiuntur passim partes nutrimenti, & sibi existentes aggenerantur partibus B, & C, & ceteris

pre-

praesistentibus illis juxta ponuntur, sed non toti, quia sunt aliquid intra ipsum totum, sicut una pars de novo venit fit aliquid intra aliam partem illius partis nutritae; est quod illa sit minima, cui conveniat proprie nutritio, vel augetur, sic, quod qualibet pars ejus sit nutrita, vel aucta. Et istud est necessarium ponere, scilicet aliquam partem notabilis quantitatis minimam, sic auctam: quia si qualibet pars in toto quantumcumque modica augetur proprie, necesse esset quod auctum semper augetur in duplo, vel saltem in notabili quantitate majori, quam prius, quod est manifeste falsum.

Sic ergo apparet ad rationem illam, quomodo in nutritione est juxta positio aliquis: quia partibus minimis, quae proprie non nutriuntur: sed non est juxta positio illi, quod proprie nutritur, cujus scilicet alia pars fluxit, & postea alia pars nova restauratur: sed illi sit quaedam ingeneratio, id est intrinseca generatio partis novae loco partis antiquae quae fluxit. Sed ex istis adhuc non habetur de modo augmentationis: quia illa aggeneratio quae fit in nutritione est momentanea, augmentatio autem non est in instanti, cum fit motus. Illa etiam potest fieri sine augmentatione, ut manifestum est secundum Philosophum primo de Generatione. Nec oportet hic addere modum augmentationis: quia non quantumvis hic de nutritione, nisi ut habeamus quomodo in nutritione manent partes homogeneae eodem, vel non eodem. De secundo principali (supposito quod ad veritatem naturae hujus hominis pertinet, non tantum partes essentiales, materia & forma, sed etiam partes integrantes: non tantum partes etherogenae, sed homogeneae, ex quibus componuntur etherogenae & breviter quidquid fuit vere aliquando animatum anima intellectiva, vel per se aliquid hujusmodi animati) Dico primo conclusionem hanc: *Non quicquid fluxit in Petro pro tota vita ejus de veritate naturae ejus, & resurgit in eo.* Probatur breviter, quia ex quo tales partes multae fluxerunt in vita ejus, & aliae multae redierunt per praecedentem articulo, si omnes illae redierunt in eo, vel esset corpus ejus immoderate densitatis, vel immoderate quantitatis. Secunda conclusio est videre, quae partes resurgunt, ut fit debite densitatis, & debite magnitudinis: & hoc tantae quantitatis ponitur quotlibet reformandum in reformatione: quod intelligo, si non fuisset oratio in isto impediens eum pertinere ad debitam quantitatem infra triginta annos, quod contingeret in isto natura non orata. Hic duplex est via, hoc enim verum est, quod regulariter pars prior in corpore hominis vivens prior est ex praecedenti articulo: *regulariter dico*, quia ex impedimento accidentali, vel ex parte continentis, vel ex parte convenientis, vel nocivi adhibiti, potest aliud accidere: hoc autem, est probabile, quod corpus illud reparabitur ex partibus purioribus, quae aliquando fuerunt partes hujus corporis; ergo habebit totum illud, quod contra sum est ex parentibus, quia hoc fuit purissimum, & de aliis generis ex nutrimento semper prioribus usque ad quantitatem sufficientem toti corpori.

V u 3

Alie

Alia via, nutritio non est per se necessaria, nisi ad restauratorem dependit: argumentatio autem est per se necessaria, ut g. nutus attingat ad debitam quantitatem nature sue. In quatuorque ergo nutritio-
ne usque ad terminum argumentationis aliquid precise convertitur: propter nutritionem, scilicet ut restauretur illud, quod fluxit: aliquid autem propter argumentationem, scilicet ut acquiratur quantitas debita, etiam si nihil fluxisset: & primum quidem non est de principali intentione nature: simpliciter enim natura magis conservatur ad esse totius partes, quæ fluxit, si possit conservare, quam loco ejus aliquam perfectionem restaurare: sed secundum est de principali intentione nature volens attingere quantum statum perfectam, ita quod secundum intentionem est propter perfectionem acquirendam: primum autem quantum occasionatur propter virandam imperfectionem. Hæc additur ita probabilis, quod usque ad quantitatem debitam, illæ erunt partes in corpore resuscitando, quæ natura magis ex intentione scit esse partes illius corporis: sed hujusmodi sunt illæ, quæ adventum, ut urgeant, non autem illæ quæ adventum, ut restaurent: ergo resurgat corpus ex illo quod primo tractum est a parentibus, & ex aliis partibus generatis ex nutritione propter argumentationem debitam corporis, usque ad quantitatem sufficientem illi corpori.

Ille dux via in hoc consonant quod quidquid tractum est a parentibus resurgat, quæ secundum primam viam illud est purissimum inter omnes partes corporis: secundum aliam viam, illud est maxime de intentione nature in illo supposito; sed discordant quantum ad partes generatas ex nutrimento: quia prima ponit hæc ad ungi partes, quæ fuerunt perfectiores in illo corpore secundum totum fluxum vite ejus. Alia ponit hæc ad ungi partes, quæ magis ex intentione nature videntur de veritate hujus corporis, non autem eadem sunt perfectiores in toto fluxu temporis, & magis de intentione nature partes hujus, quia semper prius generat regulariter erant perfectiores, sive magis, sive minus incæte: semper autem sive prius, sive posterius, illæ, quæ ultra restauratorem necessitatem dependit fuerunt generatæ, uterunt magis de intentione nature.

Si obijcias contra utramque viam, quomodo ergo resuscitatus habebit eandem carnem, quam habuit hic vivus? Dico, non habebit precise eandem, quam habuit in aliquo instanti, vel in aliquo tempore vite sue: sed nec habebit totam illam, quam habuit in aliquo tempore, præter illam, quam contraxit a parentibus, illam quidem totam habebit, & alias partes, quas successively habuit, nunc istam, nunc illam: & sic est magis idem corpus resuscitatum corpori habito in hac vita, quam si esset idem quod ipse habuit in aliquo instanti determinato, vel tempore vite sue: quia si esset idem illi pro tali instanti esset magis aliud a corpore suo pro alio instanti.

Ad argumenta. Ad primum dico, quod illa costa non fuit de veritate nature in Adam: quia præter illam habuit costas sufficientes, secundum quod competunt homini communiter: illa ægerit fuit sibi
data.

data tanquam superflua quo ad suppositum, sed necessitas quo ad intentionem nature: sicut in masculo est semen, non tanquam aliquid nature illius suppositi, sed propter generationem alterius suppositi est in illo, tanquam in vase (unde non est animatum anima illius) ita fuit de illa costa. Vel si omnino fingatur, quod illa fuit costa simpliciter sibi necessaria, sicut pars integralis: Respondetur sequitur, replevit civitatem pro ea, idest loco ejus aliam costam tornavit. Primum verius credo: sed dato secundo non resurgat in Adam costa translata, sed alia. Ad aliud credo, quod nunquam fuit, nec erit usque ad finem mundi aliquid æque de veritate humane nature in duobus suppositis. Et ideo resurgat præcipue in uno, in quo magis fuit de veritate, magis, inquam, vel quia in ipso purius, vel quia magis de intentione nature, pars ejus. Si autem omnino concedatur, quod simpliciter, & æqualiter fuit de veritate nature utriusque: Dico quod resurgat in illo, in quo prius fuit animata, & hoc dicit Augustinus & ponitur in litera: (a) *Redditur illi anima, & hoc illam primitus, ut homo fieret.* Et illud est rationale, quia post primam animationem facta est illa caro illius hominis, & per consequens est postea quasi suscipitur ab alio, non antitur illa prima habitudo ejus ad hanc materiam. Si autem illi, in quo fuit secundo de veritate nature, sufficiant ad quantitatem debitam partes alia, quæ fuerunt corporis sui in successione vite sue per nutritionem, ex illis reparabitur corpus debite quantitatis: quia istæ fuerunt animatæ præter illa, & essentialiorem ordinem habuerunt ad illam animam præter illud, quod in alio resurgat: quia ad illam animam debuit essentialiorem habitudinem, quam ad istam. Si vero præter illud, quod in alio resurgat, partes nutritivales, quas illæ successively habuit, non sufficiant ad debitam quantitatem corporis illius, supplebit, unde voluerit, Omnipotens. Ad aliud (si possibile esset) quod præcisè idem esset semen in duobus, & per consequens idem esset primo de veritate nature in duobus suppositis, quod tamen nunquam credo fuisse nec fore: illud resurgat in primo. Ad aliud dico, quod non est similis ratio de toto, & de parte: quia primo intenditur restauratio ejusdem totius in resurrectione: non ergo partis, maxime de illa parte, quæ non est principalis, sine cuius identitate totum potest esse idem. Sed si arguas de parte principali, cujus unitas requiritur ad unitatem totius.

Dico similiter de illa, sicut dixi de toto, quia partes homogeneæ sufficientes ad quantitatem ejus debitam, resurgunt in illa parte organica: & hoc illæ, quæ prius fuerunt in veritate nature illius partibus (prius in aliqua duratione) si fuerint æqualiter de veritate alterius & quantum ad puritatem, & quantum ad intentionem nature: si autem in aliquo alio principaliter altero illo modorum in alio resurgunt.

QUESTIO SECUNDA.

Utrum ignis infernalis cruciet malignos spiritus?

QUOD non August. 12. super Genes. arguit ex intentione sic: *Agens est praesentius patiente; corpus autem non est praesentius spiritui; sed e converso; ergo nullum corpus agit in spiritum.*

Præterea, secundum ipsum ibidem, non sunt corporalia, sed corporalia, similia, quibus animæ exatæ afficiuntur; ergo non afficiuntur potius corpora. Præterea; primo de Generatione. Corpus non agit, nisi per contactum, corpus autem non potest tangere spiritum, quia illa tangunt se, quorum ultima sunt simul: spiritus non habet ultimum. Et conicitur istud per Philosophum in *Septimâ Physicæ* ubi vult, quod agens & patientes oportet esse simul, & nihil horum medium: spiritus autem non potest esse simul cum corpore, quia respectu corporis quasi non est in loco. Præterea, primo de Generatione: Agens intendit sibi assimilare passum; sed corpus non potest sibi assimilare spiritum, quia tunc spiritus esset capax alicujus formæ; in qua assimilaretur corpori.

Oppositum Matth. 25. *Et male dixit in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus.* Præterea Gregor. 4. Dialog. cap. 30. *Si Diabolus, et igne angeli cum sint incorporati, corpore sunt igne cruciati; quid mirum si animæ antequam recipiant corpora, possint corporea sentire tormenta?* Præterea August. 21. de Civ. Dei; cap. 10. *Cur non dicamus, quantum miris, veris tamen modis spiritus incorporati posse pati corporalis ignis affigi?* & istud probat ibi per hoc, quod spiritus hominum incorporati possunt, vel poterant corporum suorum vinculis indissolubilitate alligari.

Hic dicitur, quod spiritus cruciatur igne, inquantum eum apprehendit sub ratione disconvenientis. (a) Et confirmatur per Gregor. Dialog. 4. c. *Es patitur, quo videt, & quia cremari se respicit; cruciatur.* Ad possibilitatem huius est Avicena. 9. Met. ubi exprimitur de somno, quod aliquis imago cruciatur ex somno ex tali apprehensione phantastica alicujus disconvenientis, quam assilgeret quandoque in vigilia ex presentia ejusdem. Contra hoc, aut verâ apprehensione apprehendit ignem, ut disconvenientem sibi, aut falsa. Si vera, oportet ponere modum illius disconvenientiæ, qui non apparet possibilis, quia tanquam contrarium resisteret corruptivum, nullo modo potest esse disconvenientis nec a ratione, nec a voluntate: quia obiectum, ut obiectum est convenientis potentie. Si falsa, sequitur primo, quod non ab igne, sed a sua falsa estimatione cruciatur, quod est inconveniens: quia sicut nullus falsa opinio est veritas, ita null-

a D. Tho. presentis dist. quest. 1. Regi. quest. 11. quest. 9. quest. 4. quest. 15. 17. ad fin.

nullus est falsa opinio veritas. Secundo, si illa falsa estimatio est a Deo, Deus est immediata causa deceptionis. Si autem ab ipso Angelo, non videtur probabile: quia secundum Dionys. de divinis nominibus, *Naturalia sunt in eis splendidissima*: ergo possunt naturaliter apprehendere, quod ignis non est eis disconvenientis.

Præterea Gregor. ubi supra: *Animæ non solum videntur, sed etiam experiendo incendium patitur.* Alicui dicitur, quod spiritui datur quidam habitus supernaturalis propter demeritum peccati, & per illum habitum subicitur corporali agentis, ut possit ab eo pati. Contra hoc, aut ille habitus est ignis corporalis, aut spiritualis. Si corporalis, ita potest Deus dare illum habitum Angelo, ut inhaereat, sicut quod Angelus sit albus, vel lapis sapiens; quia æqualis est repugnancia utroque percipientis ad susceptum. Si spiritualis, non per illum magis est passum proportionatum corpori, ut agenti, quam passus. Præterea habitus non est simpliciter passivus, sed quo aliquo modo possimus; ergo in quo non est potentia simpliciter ad agere, vel pati, in eo non est potentia ad agere, vel pati; sed in natura illa non est sufficienter potentia ad pati, nec illi habitus potest dare posse, quia non est potentia. Præterea, illa pena reciperetur immediate in illo habitu, tanquam in proximo receptivo, immo nec mediate in ipsa natura Angeli, si repugnat illi nature: & si datur primum, sequitur quod ille habitus separatus ab Angelo posset puniri eadem pena. Si secundum, sequitur quod nullo modo Angelus puniatur, sed tantum illa habitus.

Ad questionem dico, quod secundum August. de Civ. Dei 14. c. 15. *Dolor carnis tantummodo est offensio animæ ex carne, & quædam ab ejus passione dissonio, sicut animæ dolor, qui auncupatur tristitia, est ab his rebus, que nobis volentibus accidit.* Ex hoc apparet, quod dolor est passio consequens apprehensionem sensitivam, & in appetitu sensitivo. Tristitia autem est proprie in appetitu intellectivo, aut in voluntate, & consequens apprehensionem eventus alicujus obiecti nostri. Primum, scilicet dolorem proprie dictum non oportet quærere in spiritibus, sive Angelis, sive animabus separatis, nisi fingatur, & tunc in spiritu separato sit appetitus sensitivus, & pari ratione sensus; & quod etiam passio possit inesse sibi passio, tam secundum appetitum illum, quam secundum sensum. quod trifurcium est, secundum Aristotelem primo de Animæ *Nihil aliud est dicere animam trisitari, vel gaudere, quam texere, vel aspicere*: quod utique verum est pro ut passiones appetitus sensitivi quæ illæ sunt passiones totius conjuncti, sicut & sentire, ad quod consequitur passio. Est ergo totius conjuncti ex libro de Sensu, & de Somno. Nec tam apte in anima sensitiva esse illam perfectionem, quæ est essentia in ratione potentie sensitivæ; nam illa non est aliud ab ipsa essentia animæ intellectiva, tenendo quod tenet. *2. lib. dist. 16. quod principia operandi ex parte animæ non sunt accidentia animæ.* Sed illa perfectio quæ est in anima, immo est realiter ipsa natura animæ, non est in potentia viva, vel auditiva, nisi partialiter; sed propria poten-

ria visita est quoddam essentialiter includens illam perfectionem animae, & aliam perfectionem corporis mixti, correspondentem illi ad operationem commanentem: & eodem modo ipsa sentatio est primo tatis conjuncti ex istis duobus, ita quod proximum susceptivum, & ratio succipienti non est in anima, vel aliquid quod precise est in anima, nec forma mixtionis in organo; sed forma totius compositi ex corpore mixto & anima, & talis per se ratio est proxima ratio recipiendi sensationem; & ideo illa forma totalis est potentia sensitiva, nec una pars eius, scilicet forma mixti, nec alia, scilicet forma animae intellectivae: ergo de dolore, ut dicitur inquitur a tristitia non oportet quaerere causam, nec in spiritu separato, nec in anima separata, quia non potest esse ibi.

De tristitia videamus, dico quod cum sit in voluntate ex apprehensione existentis objecti disconveniens secundum rationem, vel oportet quod eret objectum, quod statim ostendatur ut disconveniens per rationem, & tamen positum. Vel si non potest statim ostendi ut disconveniens, nisi a ratione erant, quia non esset disconveniens Michaeli, & non videtur rationale, quod illa astrictio sequatur apprehensionem erroneam, oportet invenire ibi objectum disconveniens secundum rationem & nolum, & tamen positum. Dico autem quod ignis ille est objectum sic disconveniens, & hoc dupliciter. Primo, ut detinetur spiritum definitivo. Secundo, ut immutatur objective. De primo, nullum corpus, ut locatur est locato disconveniens, nisi quia aliud corpus est sibi conveniens: spiritus autem, sicut cum nullo corpore habet naturalem convenientiam, quia tunc illud esset naturale salvatum ejus: ita ad nullam corpus habet naturalem disconvenientiam, propter quam detinetur ibi sic naturae lux disconveniens, unde si Michaeli cuiusque corpori esset ex praecepto divino conjunctus localiter, definitivo etiam perpetuo, & hoc apprehenderet, nullo modo apprehenderet ut disconveniens, nec ut materiam tristitiae; ergo ad habendam tristitiam de igne detinente, oportet ut inveniatur primo ratio nolli. Sic Angelus malus habet nolli detineri perpetuo ab igne, & specialiter sub ista ratione est sententia divina, vel voluntate divina, illic effective detinente: & ad illud nolli inclinatio affectu commodi, secundum quam appetit liberum usum potentiae, ut sicut natura sua est indifferens ad quodcumque corpus, sic potest se iacere praesentem cuiusque corpori. Promovet autem superbia propter quam appetit uti propria potestate. Constat illud, propter quam nunquam vellet determinate esse propter sententiam, vel actionem divinam. Illud *nolle* praedicat detentio, & apprehensio detentionis: ista autem *nolle* licet inordinate positio in voluntate ejus, sequitur apprehensionem certa de eventu istius nolli: & ex hoc tertio, vel quinto computando ista duo, quae praecedunt *nolle*, sequitur tristitia. Si quaeras, nunquid illam tristitiam effective causat ignis detinens?

Respondet, ignis non detinet spiritum effective; quia quod nolum locat aliquid effective, nec impellit ipsum a moveri ab hoc loco, nec detinet ipsum: haec domus quidem non detinet me effective quoniam

quantum ad primum, qui non locat me effective; tamen impedit me moveri ad alium locum, & ideo potest dici quodammodo effective me detinere, sicut prohibens aliam detentionem formalem, unde locus formaliter me continet & locat, non autem effective. Sed tertio modo potest aliquis locus corporaliter detinere Angelum: ergo tantummodo ille ignis formaliter detinet, ita quod nulla est detentio ignis peritiosus ad genus Actionis, sed tantummodo respectu extrinsecus adveniens reducibilis ad genus *Passio*: detinet autem active, sive primo modo, quia determinans active ad locum illum: sive secundo modo, quia prohibens ab illo loco ad alium locum. Dicit etiam inmediate, quia contra voluntatem Angelus, nec habetis filium Angelum superiorum non potest tibi sic detentio, nisi a Deo immediate. Sed ulterius Angelus non tantum odit detentionem activam Dei, & suam passivam a Deo; sed odit detentionem formalem perpetuam ab illo igne, nec tantum apprehendit illam detentionem activam, vel passivam ut positam, vel continuandam; sed illam detentionem in formalem: & per consequens de illa detentione formaliter trahitur. Objectum autem trahibile proprie causae est ipsius tristitiae, quia non voluntas immediate, tunc enim esset in potestate ejus immediate tristari, vel non tristari, quod non est verum, postea nolitione, & apprehensione nolli, ita quod detentio illa formalis, vel ignis ille detinet formaliter effective constituit. Et sic ultra, cum tristari sit formaliter cruciari, eo modo, quo possibile est spiritum cruciari, sequitur quod ignis ut formaliter detinet spiritum, effective cruciat; & secundum illum modum potest salvari spiritum illud, quomodo ignis est instrumentum Dei cruciando, quia principalis odit detentionem activam Dei, & suam passivam a Deo, quam detentionem illam formalem detinet: quia secundum non odit nisi in ordine ad primum: & ita quod assignat objective in secundo, assignat in virtute primi, & ita instrumentum formaliter (a). Nec sequitur, ignis non detinet effective, sed tantum formaliter; ergo non assignat effective: quia ipsum ut detinet formaliter est objectum nolum, & apprehensum, ut positum; & ideo effective infert tristitiam.

Si dicas, hoc non est tantum quia nolum, sed quia objectum est secundum se disconveniens: quia spiritui convenit libertas ac indifferencia, ad quemcunque locum corporalem; ergo. Antecedens est falsum, ut dicitur etiam supra de Michaeli, si apprehenderet se perpetuo determinari ad eorum locum unam a sententia divina, non traheretur, quia est in eo sic libertas, vel indifferencia ad loca non tamen ad illa, ut in actu tantum per se naturalis; quia sicut nec unus locus, ita nec indifferencia ad quemcunque loca naturaliter per se Angelum; & ideo determinatio ad unum non est contra naturalem inclinationem Angelus. Exemplum illius *no* tristitiae potest esse in hominibus desiderantibus mori, quibus tristis est vita: hoc modo odit animam in corpore suo esse usque ad instantem mortis naturalis, propter aliquod odium

odibile concomitans vitam mortalem; & secundo apprehendit istud nolitum fore: & ideo tertio sequitur tristitia de detentione animæ in corpore seu de corpore ut derivate animæ: non quod corpus detineat effective animam, sed quomodoque ut in seipsum formæ, & ut sic detinet, est objectum nolitum, & ut sic apprehensum effective contristat, & istud haberi potest a Grego. dialo. 4. *Si vivens hominis spiritus in corpore tenetur in corpore, cur non post mortem in corpore spiritus corpore igne tenetur?* & August. 21. de Civita. Dei, cap. 10. *Si spiritus hominum profecto incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis indissolubilibiter alligari.*

De Secundo modo scilicet, qualiter ut obiectura immutans contristat, conformiliter quoad aliquid dicendum est. Et primo, intellectus enim Angeli determinatur perpetuo ad intensam considerationem ignem in ratione objecti. Secundo, apprehendit istam determinationem ad talem considerationem. Tertio, odit, & sicut prius istud odium oritur ex affectione commodi, ex qua vult quodcumque obiectum prout sibi desiderabile fuerit, considerate nunc hoc, & nunc illud, & promovetur ex superbia, ex qua vult ut intellectiva sua secundum imperium voluntatis propria, & consummatur ex invidia, propter quam odit determinati a Deo ad aliquam considerationem unicam. Quarto, sequitur apprehensio non tantum nuda istius considerationis, sicut in secundo; sed apprehensio certa de eventu istius considerationis intensæ & perpetuæ. Quinto, ex hoc sequitur tristitia. Quo ad aliquid autem est dissimile hic, & in precedenti quo ad primum, quia ignis hic habet rationem agentis effective detinentis intellectum Angeli in intensâ consideratione sui, & non ex imperio voluntatis Angeli. Et si quæras quomodo illa possit competere igni, cum nullum corpus possit intelligentiam spiritus ita efficaciter movere, ut non magis subit intelligentia voluntati ipsius spiritus quantum ad determinationem actus considerandi, scilicet hoc vel illud, sicut August. dicit quod voluntas averit & convertit intelligentiam nunc ad hoc, nunc ad aliud.

Operetur ergo dicere quod istud non convenit igni virtute propria: quia tota virtute activa ignis posita Angelus sibi dimittit possit igne vel aliud corpus indifferenter considerare pro imperio voluntatis suæ. Ideo operetur dicere quod illa detentio in consideratione ignis intensæ, & perpetuæ, & contra voluntatem Angeli, sit effective a Deo principaliter, & ab igne ut a virtute minus principaliter. Et potest poni exemplum, sicut in intellectu agentis, & phantasma se habent ad movendum intellectum possibilem in nobis: sic in proposito Deus habet similem modum intellectui agenti, & ignis phantasmæ; & est omnino simile, si in nobis intellectus agens est formaliter volens, & possibilem similiter: & agens pro voluntatem suam determinaret aliquod certum phantasma ad movendum efficacissime intellectum possibilem contra voluntatem ejus. Nec obstat, quod principale agens, & instrumentum non sunt in eodem supposito hic, sicut ibi intellectus agens, & phantasma, quia

quia ordo agentium illorum non requirit identitatem suppositi. In tertio etiam est differentia hic, & prius, quia multo magis odit Angelus perpetuam detentionem intelligentiam suam in intensâ consideratione ignis, quam detentionem formalem sui localiter definitive ab igne, quia in opposito primi, scilicet libero suo intelligentiam suam pro imperio voluntatis circa quodcumque obiectum, multo magis consistit perfectio ejus, & multo magis desideratur, quam in libero suo peccatis suæ motivæ quantum ad ubi definitive. Illa autem detentio in consideratione intensivissima ignis impedit primam libertatem: quia per hoc impeditur intellectus ejus perfecte considerare alia considerabilia; sed detentio definitiva ab igne non impedit nisi secundum, scilicet liberam usum potentie motivæ, ut non possit se tacere presentem cuiusque corpori. Ex hoc sequitur differentie in quinto, quod multo major erit tristitia ex illa secunda causa, quam ex precedente, quia ubi est major nolitio, & æque certa apprehensio de evento, sequitur major tristitia. Est etiam differentia in isto & precedenti quo ad hoc aqualiter, quod magis potest dici ignis effective affigere spiritum isto modo, quam modo precedenti, quia ibi tantummodo affigit effective, quia ut obiectum nolitum apprehensum causat tristitiam; hic autem effective causat primam apprehensionem ad quam determinatur intellectus; que est nolitio, & ita hæc habet quasi duplicem actionem in priori, non nisi simpliciter; sed sicut in priori non ponebatur disconvenientia ignis ex natura rei, sed tantummodo nolitio detinentia; ita & hæc disconvenientia non est ignis ut obiecti considerati, sed finaliter, quia nolitum est illud obiectum sic considerati, tamen est major inclinatio ad nolle sic, quam in modo priori. Contra utramque modum (a) sunt instantia. Contra primum, quia omnes detinet æquale quæ omnes cruciantur æqualiter. Consequens est contra Au. 21. de civ. 16. *Nequaquam negandum est ipsam æternam ignem alii leviores, alii futurum esse graviores; sive ipsius ardor pro pena digna cuiusque contrivit, sive æqualiter ipse ardeat, sed non æquali molestia sentitur.* Ex qua etiam auctoritate videtur haberi, quod ardor cruciat ibi eos & non tantum detentio. Contra secundum, quia si non nisi intelligibiliter imprimat, talem impressionem sequitur delectatio: quia illa est convenientis potentie intellectivæ. Probat etiam, quia delectatur Michael. Contra utramque simul, quia si non nolit, vel non odit sic detineri, vel ab objecto sic immutari, non tribuatur, ac per hoc cum in potestate ejus sic non nolit, in potestate ejus erit non cruciari. Præterea æque potest affigi in lapide, vel sole, vel celo Empyreo, si detineretur definitive ab illis, & mutaretur ab illis objective. (a) Ad primum, detentio formalis, que est secundum definitionem formalem, æqualis est, sed nolle non est æquale, immo intensius in his, qui magis peccaverunt, & ideo major tristitia. Ad secundum non est in

a Argumenta subtilissima & pluribus applicanda.

b In 2. dist. 7. & infra dist. 49. q. 9. & 50.

in potestate eorum illud *nolle*, vel *non nolle*, sicut tangetur de continuatione mali actus in eis, cujus causa forte est actus conativa causae superioris agentis ad aliquid unforne in eis propter demeritum praecedens, ad quod uniforme sequatur uniformiter afflictio eorum: & propter hoc non potest aliquid remissius nolle, quam modo nolle, quia sicut non est in potestate ejus actus, ita nec modus actus; & sicut causa superior uniformiter agit ad *nolle*, & propter quod causa inferior non potest disjunctim agere ab ipsa: ita uniformiter agit ad intentionem hujus *nolle*. Ad aliud, prima impressio; quae est ad intellectum ignis, delectabilis esset ex seipsa intellectui, sed in quinto instanti post notionem, id est apprehensionem, eventus noliti, ex illa apprehensione noliti, & apprehensa, causatur tristitia. Et si dicitur, latent apprehensio, ut in primo instanti posita causabit delectationem. Respondetur, non potest, quia appetitus ille in eodem instanti habet tristitiam vehementem, & illa excludit omnem gaudium, non tantum contrarium, sed impertinentes ex. 7. *Bisio*. Si dicitur causa delectationis est prior naturali et, quam causa tristitia. Respondetur in habitibus tantum ordinem naturalem, & similitatem realem efficaciam excludit minus efficaciam, licet efficaciam sit posterior natura. Nec mirum, quia impediens sive prohibens quandoque est posterius naturaliter; agens tamen primum impeditur per contractionem ejus. Exemplum in generativo unius, & alterativo ad contrarium.

Ad argumenta. Ad primum, illa propositio Augustini pendet ex illa, quod agens est praestantius termino formali actionis, & terminus formalis actionis est praestantior suo receptivo. Secunda autem istarum non est vera, nisi in quantum hoc est actus, & illud potentia, & sic concedendum est agens in quantum in actu formali, vel virtuali, esse praestantius passio, in quantum est in potentia ad illud. U de illa propositio, agens est praestantius passio, vera est quantum ad hoc, quod passus recipit ab agente: & quantum ad hoc non potest se habere in actu passus, sicut secundum id sit in actu per agens: sed ex hoc non sequitur, quod sit praestantius absolute natura illius quod est susceptivum, sicut nec de termino formali respectu ejusdem. Sed quia Augustinus intendit concludere per illud argumentum, quod corpus non agit in spiritu, potest dici quod major ista est vera de agente aequivoce, & totali seu principali: aliter non, & sic conclusio est vera; & concessum est, quod ignis non est agens principale in spiritu, sive in illa delectatione, quia in illa non agit, sed formaliter definitive continet: sive in immutatione, quia ibi non agit; nisi ut instrumentum Dei, sicut phantasia se habet ad intellectum agentem. In causando autem tristitiam hoc modo, vel illo, non est principale agens, sed ipsa voluntas nolens illud obiectum: magis enim ex hoc quod obiectum est natum sequitur tristitia, quam ex ratione obiecti in se, vel ipsa apprehensio eventus obiecti noliti, quia obiectum non tantum nolitum, sed ut nolitum apprehensum esse, vel forte contrariet. Ad aliud Augustini

potest exponi ibi de his, quibus spiritus afficitur immediate, quia illa sunt similia corporibus quia passiones aliquo modo causatae a corporibus: non autem de illis quibus afficitur spiritus mediate, quia ista sunt corporalia, vel quod idem est exponatur de efficiente, formaliter, non effective. Ad aliud, hoc universaliter est verum, quod oportet agens esse praesens patienti, ubi secundum virtutem activam, & ex hoc sequitur, ubi praesentia proportionata non potest haberi nisi per contactum; requiritur contactus: ubi autem verior potest haberi illa, multo magis sufficit ad actionem: sed multo verior potest esse praesentia spiritus ad corpus per coexistentiam, quam sit illa per contactum. Aliter potest dici, quod requiritur contactus virtualis, non mathematicus; contactus autem virtualis est, quod aliquid in isto possit esse terminus virtutis in illo: quod nihil est aliud, quam illud habere virtutem causativam alicujus in illo; & isto modo Deus, si non esset citra orbem Luna, praesens esset centro terrae, sicut dictum est in lib. 1. distinct. 37.

Ad aliud potest dici quod causa aequivoce aequivoce assimilata secundum aliquid quod habet in se, non formaliter, sed virtualiter & hoc modo obiectum; quod est mobile habet in se tristitiam, & secundum illam assimilata. Alio modo potest dici; quod illa propositio est vera de agente principali non instrumentali, Deus autem est hic agens principale, & sibi assimilata passum, quia intelligit, & vult afflictionem illius, & secundum hoc intellectum, & nolitum assimilata sibi passum.

QUAESTIO III.

Verum homines damnati post iudicium cruciantur illo igne infernali.

Quod non 6. Topic. *Omnis passio facta magis ubi est substantia*: ergo si continue cruciantur ab illo igne, magis ac magis deperderent eorum substantia, & per consequens tandem omnino consumerentur; quod est contra illud Job 20 *Luct omnia quae cunq; ipse fecit, nec tamen consumetur*; & contra illud Apoc. *Discedant morti, & fugiet mors ab eis*. Præterea, aut ostentur ab illo igne resiliunt in mutante, aut tantum intentione alter: non realiter propter quod. Primo, quia cessante primo moro reali, non videtur aliquis necius realis possibilis, cum posterior dependeat a priori: sed post iudicium cessat primum motus: ergo. Secundo, quia tunc realiter corrumpitur corpus illud, quia unum contrarium est realiter corruptivum alterius: sed si tantum est intentionalis non erit afflictivus, quia illa passio non patitur sensus Beati ibi praesentis ab igne: ergo nulla passio patitur. Oppositum Matth. 25. *Iudex dicit hominibus damnatis: Ite maledicti in ignem aeternum.*

Ad questionem, patet quod ignis praesens corruptibili animato anima sensitiva, potest habere in illud duplicem actionem, scilicet

realem quem est univoca, & intentionalem, quæ respectu illius est æquivoca: quia species sensibilis non simpliciter est ejusdem speciei cum ipso objecto. Ad propositum ergo dico, quod post judicium, cum corpus hominis sit per se corruptibile, ignis præsens poterit habere in illo utramque actionem, quia non repugnant, & est ibi tam susceptivum, quam causa activa utriusque: nisi dicas realem tunc impediri propter defectum motus cæli, sed de hoc *distinctio*. 48. Potest etiam tunc una esse sine alia, loquendo de possibili absolute, quia neutra dependet essentialiter ab altera: unde & modo sunt separabiles, si aliquid sit susceptivum forme realiter, & non intentionaliter, & aliud e converso: sed tunc non poterit una non in se nisi propter aliquod impedimentum, & hoc, vel quia Deus non cogit igni ad illam actionem, vel quia aliquod ægens creatur impedire unam actionem, & non aliam. Secundo dico, quod sola intentionalis sufficit ad causandum dolorem, sola autem realis sine intentionali non sufficeret ad hoc. Secunda pars est manifesta, quia licet lignum calefiat, quantumcumque excessive, tamen non dolet. Prima probatur, quia excellens sensibile, ut excellens sensibile natum est interire dolorem: quia est disconveniens in quantum tale, & tamen in quantum excellens sensibile non immutat nisi intentionaliter: licet enim alia immutatio realis concomitetur, qua dissolvitur organum a media proportionatione in qua consistit: tamen si sine illa actione esset objectum disconveniens sensatum, sequeretur dolor.

Hoc etiam probatur, quia aliquando ubi est modica, vel nulla immutatio realis, est magnus dolor propter immutationem intentionalem, sicut si manus iuric excessive frigeat: et contactu nivis, vel glaciæ: si statim approximetur igni, est ibi vehementis dolor ab illo objecto immutante: & tamen modica, vel nulla actio realis a caldo in manu propter excellentiam contrarii scilicet frigoris in ipso passio. Modus autem est iste, dicitur hoc & delectatio sensitiva est passio ex usata in appetitu sensitivo ab objecto apprehenso per sensum: sicut ergo aliquid objectum in quantum objectum, hoc est intentionaliter motivum est conveniens: ita causat postea sensationem delectationem in appetitu sensitivo. Unde non est facile in omni delectatione saltem visus, & auditus, fingere immutationem aliquam realem ad salutem ipsius suppositi. Eodem modo, licet immutationem intentionalem objecti disconveniens concomitetur alia immutatio realis disconveniens naturæ, (quod forte non est verum in visu & auditu) sequitur dolor causatus ab illo objecto sensato, ut sensato in appetitu sensitivo.

Tertio dico, quod probabilis videtur post judicium ponere solam immutationem intentionalem: quia etsi possit utraq; tunc poni ex primo articulo: tamen realis non faceret aliquem dolorem sine intentionali, nec etiam cum intentionali; sed sola immutatio intentionalis faceret dolorem: ergo quæ pluralitas non sit ponenda sine necessitate, & non ponitur ibi passio ignis nisi propter affectionem illorum ab ipse, sufficit ponere solam intentionalem: ita quod alia posita videtur superflua.

nihil faceret ad hunc finem. Præterea, congruum est ponere circa damnatos etiam paucas miracula, sicut possibile est, cum non sit verisimile, quod Deus velit circa eos tunc multiplicare miracula ultra illud quod requiritur ad punitionem eorum justam: sed ponendo actionem realem, & cum hoc (ut necesse est) intentionalem, videtur quod oportet ponere circa eos plura miracula, quam ponendo solam intentionalem: ergo &c. Probo minorem, licet quæcumque (a) via habet ad potere quod tunc non corrumpitur causa intrinseca: & hoc vel per conlocationem divinam miraculosam, vel non miraculosam, sed justam, quia correspondentem statui finali, in quo jam illi sunt: tamen si penatur actio realis, ibi est aliqua causa corruptiva extrinseca, & miraculum videtur, si illud non corrumpit, cum causa, quæ potest inducere aliquid incompossibile alicui, possit ipsum corrumpere, ille autem ignis potest inducere calorem omnino incompossibilem qualitati mixti requiritæ ad vitam. Si ergo illum non inducat in fummo, & tamen apat realiter, miraculum est, sicut fuit in camino, ubi ignis non habuit omnem actionem, quam ex natura sua habere potuisset. Si iterum inducat calorem in illo grada, miraculum est, quod ille gradus sit cum vita. Si dicit, eodem modo ex alia parte oportet ponere miraculum, ne corrumpatur ab extrinseco: nam naturaliter immutato illo intentionalis excessiva causat dolorem excessivum, unde & dolor excessivus occidit, sicut apparet de Antiocho 1. Mach. qui immo etiam timor excellens, de quo minus videtur, quandoque est causa mortis. Respondo, nullus dolor simpliciter repugnat qualitati mixti simpliciter requiritæ ad vitam: quod patet latius, quia intentio causativa doloris magis videtur repugnare: sed illa non repugnat, sicut nec unum contrarium in esse reali: & aliud in esse intentionali. Apparet etiam per Augusti. 1. Civit. c. 3. Non ideo mori poterant illa corpora, quia dolebant. Et subdit: Cui corpora sua animabus dolorem possunt inferre: mortem vero inferre non possunt, nisi quia non est consequens ut mortem faciat, quod dolorem facit? Non est ergo necessarium futuræ mortis argumentum dolor, & ratio sua paulo ante posita stat in hoc, Animæ est dolere non corporis, etiam quando ei dolendi causa est a corpore: si ergo a dolere argumentum fumeretur ad mortem, magis ad animam pertinet mori, ad quam magis pertinet dolere. Adhuc ante illud immutatio naturæ aliam, quasi talem: Cujus rationis est dolorem facere mortis argumentum, cum vita potius sit indicium: certum est enim vivere omne quod dicit: quasi arguit, si dolere necessario inferre vivere, non necessario inferre mori. Dico tamen, quod quandoque, immo hic, ut in pluribus ad dolorem excessivum sequitur mors, quia sequitur inopporitio illius qualitatis naturalis requiritæ ad vitam, & modum ponere: repouitque declarare quomodo virtus phantastica & appetitus possunt habere actionem in qualitatibus naturalibus: sed quomodo cumque hoc sit non est ibi formalis repugnantia conjungentis sensationis,

Tom. IV.

X x

tionis,

tionis, vel doloris, ad quemcumque gradum qualitatis naturalis requiritur ad vitam: ergo non erit tantum miraculum, dolorem quemcumque esse sine morte, sicut qualitatem realem simpliciter contrariam qualitati mixti esse cum vita: ibi enim esset quasi repugnancia formalis inter qualitatem inductam a contrario & qualitatem requiritam ad vitam: vel si secunda non opponeretur, esset miraculum vitam esse sine illa qualitate mixta. Sed hic non requiritur aliud miraculum, nisi quod dolor suspendatur ab effectu suo, ut in pluribus, scilicet ne ad ipsum sequatur dispendio mixtionis repugnans vitam: ipsum autem quo ad talem effectum suspendi non oportet ponere novum miraculum, sed reduci ad idem, ad quod reduciur suspensio actionis fortiorum ad intra, ne corrumpant: videlicet: tunc propter statum constitutum, ad quem reduci sunt, Deus suspendat causas ab effectibus, ut in pluribus, qui si sequerentur, destrueretur illud compositum. Præterea tertio, Scriptura videtur dicere eundem damnationem pati a contrariis, juxta illud Job. *Ab aqua nimium transibunt ad calorem nimium*, &c. licet salvaretur juxta illam superfluum. Inter alternatio in istis afflictionibus, tamen non potest probabiliter salvari, quod simul pateretur in summo, & realiter a contrariis. Potest autem salvari, quod simul pateretur, & in summo intentionaliter ab eis: quia species contrariorum etiam in summo non sunt contraria: ergo illa via de intentione ali sine reali immutatione potest plura salvare pertinentia ad eorum afflictionem, quam alia. Quarto dico, quod nec est omnino certa ratio ad negandum illi immutationem realem: quia ex quo potest poni, ut habeat in prima articulo, & licet non sit necessaria ad dolorem, sicut habetur in secundo articulo, tamen quicumque arguitur in tertio articulo si ascribantur miraculo, non possunt imponi (a). Possent enim Deus, vel cogere igni ad inducendum calorem in corpus, non tamen qui esset formaliter repugnans qualitati illius mixtionis vel complexionis, & tunc posset poni miraculum in hoc, quod non cogit in tunc effectum in quem agit ignis. Possent etiam Deus cogere eigni ad illum summum calorem inconspicibilem, & tunc destrueret illa mixtio proportionata, nec tamen destrueretur vita, Deo miraculo conservante eam. Quod si ponatur calorem induci in summo, & tamen qualitatem illam mixti stare in eodem, videtur quod formaliter repugnans sit, sicut si medium & extremum similiter terent in eodem. Et an hoc sit possibile Deo non hic, sed alibi, tamen non est ista notum, sicut alterum duorum predictorum. Sic ergo dico, quod patienter passione afflicta ab igne, & ideo necessario passione intentionali: non necessario autem ad afflictionem passione reali: sed si illa concomitetur, quia causa naturalis approximata susceptivo, oportet incorruptionem illius corporis ab extrinseco salvari, aliquo predictorum modorum. Contra secundum articulum instatur per hoc, quod sensus Beati sentirent omnem differentiam sensibilem: ergo si esset beatus in illo igne, intentionaliter imma-

immutaretur ab illo, sicut damnatus, & tamen non pateretur passione afflicta, ergo illa non est per se ipsam passio intentionalem. Præterea, omnis operatio est delectabilis potentie operanti, quia perfectio ejus; ergo sensatio quicumque, quæ concomitatur actionem intentionalem, erit delectabilis, non ergo dolorosa. Præterea, appetitus sensitivus non est nisi proper naturam; ergo nihil est sibi disconveniens, nisi quia disconveniens nature. Ad primum, vel sensus Beati nullum sensibile esse excellens, quia sensus illi, ita est perfectus, quod non poterit aliquid sensibile propter excessum esse illi improportionatum; & tunc sequeretur, quod etiam si immutaretur intentionaliter ab illo igne, non tamen dolore: quia non a disconveniente. Vel aliter, cum dolor non causetur (ut dictum est) in ipso sensu; sed in appetitu sensitivo; & appetitus sensitivus sensus est totaliter quietatus, vel complete satiatus delectatione sensibili, & delectatio excellens excludit tristitiam quancumque. 7. *Ethic.* in illo appetitu Beati nullus dolor causari possit. Est ergo concedendum, si illud sensibile esset excellens sensui ejus, quod dolor causaretur in appetitu ejus nisi quia a causa efficaciori inest illi appetitui: quod excludit omnem dolorem. Ad secundum, operatio non proportionata non est delectabilis; talis est sensatio objecti excellentis: nec mirum, quia operatio non est delectabilis, nisi quia circa objectum delectabile; istud autem objectum est disconveniens, ideo contristans, vel dolorificans. Ad tertium, verum est quod natura facta aliquid est disconveniens appetitui sensitivo: quia illud, vel concomitans illud commovetur est corruptivum nature: tamen esto quod tale aliquando non concomitetur, semper manet disconveniens: quia prima: ita in proposito, licet non sit hoc immoderate calefactio, concomitans speciem excellentis calidi; tamen manet disconveniens calidi, ut speciem imprimentis ad appetitum sensitivum.

Ad argumenta principalia. Ad primum, illa auctoritas. 6. *Topic.* videtur improbare actionem realem ignis, non autem intentionalem, quia de illa non intelligitur dictum Philosophi: sed si realis ponatur, oportet dicere quod propositio est vera, quantum est ex parte cause naturalis dimissa sibi in agendo, quia per continuationem sit magis & magis objecto convenientis a substantia, cui illud est conveniens: sed in proposito non dimittitur causa naturalis sibi. Vel aliter magis obicit a substantia dispositive, quando sequitur illud, ad quod est dispositio: sed hic non fit magis obiecto de substantia hoc modo, quia non potest in effectum illius dispositionis, quæ scilicet secundum se est dispositio causæ naturalibus sibi dimissis. Ad aliud patet, quæ actio, intentionalis scilicet, vel realis sit sibi ponenda necessarium, & quæ posset sibi poni: & ad objectiones contra ex articulo secundo, & tertio.